

Author: Desbillons

Title: 4.7 Ficus et Aves

URL:

[https://archive.org/details/bub\\_gb\\_15kOAAAQAAJ/page/n373/mode/1up?view=theater](https://archive.org/details/bub_gb_15kOAAAQAAJ/page/n373/mode/1up?view=theater)

Generosa Ficus umbris hospitalibus  
Contra calorem solis innumeras Aves  
Communiebat, fructibusque etiam suis  
Alebat. Ipsam gravior ira fulminis  
Feriit, adussit folia, fructus perdidit.  
Procul, procul Aves evolarunt ilicet,  
Neque ulla ramos post revisit aridos.  
Fortuna quem deseruit, omnes deserunt.

generosa Ficus  
communiebat innumeras Aves  
contra calorem solis  
hospitalibus umbris,  
et etiam alebat (Aves)  
suis fructibus.  
Gravior ira fulminis  
feriit ipsam (Ficum),  
adussit folia,  
perdidit fructus.  
Ilicet  
Aves evolarunt procul, procul,  
neque ulla (Avis)

revisit aridos ramos post.  
Omnes deserunt (eum),  
quem  
fortuna deseruit,

Genero·sa Fi·cus um·bris hos·pita·libus  
Contra · calo·rem solis · innu·meras · Aves  
Commu·nie·bat, fruc·tibus·qu~ etiam · suis  
Ale·bat. Ip·sam gravi·or i·ra ful·minis  
Feriit · adus·sit foli·a, fruc·tus per·didit.  
Procul, · procul A·ves e·vola·runt i·licet,  
Nequ~ ul·la ra·mos post · revi·sit a·ridos.  
Fortu·na quem · deseru·it, om·nes de·serunt.